

## Band VI., Nr. 1840, Seite 235-236

*Heinrich von Ravensburg beurkundet, dass der Sohn seines Veters, der Kämmerer Heinrich von Biegenburg, mit seiner Mutter Engelburg einen Hof und eine Mühle in Guggenhausen, sowie verschiedene, zum Teil früher von ihm anderswohin vergabte Eigenleute dem Kloster Baidt geschenkt habe.*

Baidt, 1265. November 14.

In nomine domini. Amen. Diversis dolis et multis inconmodis occurritur et future questionis materia totaliter conculcatur, cum negotia fragilitatis humane scripturarum testimonio conservantur. Nos igitur Hainricus de Rauensburc ad memoriam singulorum et omnium perducimus ac futurorum noticiae declaramus scripto presenti publice protestantes, quod Hainricus camerarius de Bigenburc, filius patruelis nostri, una cum Engelburgi matre sua curiam et molendinum in Guggenhusen cum omnibus suis pertinentiis, cultis et incultis, tactis aut non tactis, prout ipsam a suis progenitoribus proprietatis nomine possederunt, et Conradum, villicum curie prenotate, Adelheidim uxorem suam ac pueros eorundem, Conradum servum et Adelheidim ancillam eisdem famulantibus<sup>a</sup>, Conradum Gaizarium de Rauensburc, Burkardvm Zerarium, fratrem ipsius, Fridericum de Otenburon, uxores et pueros eorundem, Sifridum de Hagenowe et . . fratrem ipsius, pratum Hartmanni in Onreit<sup>1</sup>, Conradum zementarium, filium quondam magistri Conradi zementarii de Bûngarton<sup>2</sup>, Machthildim filiam Bertoldi cognominati Haizerman de Bûchorn, Hainricum de Blizunruti et Gûtam uxorem eius cum suis pueris, Wernherum, Conradum et Wernherum, filios sororis Wernheri villici de Rauensburc, monasterio sanctimonialium in Biwende libera donatione contulit perpetuo possidendos. Et licet Siveridum Cerdonem de Rauensburc cum uxore et pueris eius religiosis feminis sororibus de Lewental et Hainricum molendinatorem qui cognominatur Cerdo cum uxore et pueris suis fratribus sancte Marie domus Theutunicorum Ierosolimitane in Bigenburc donatione libera contulisset, de certa tamen conscientia cambiens eosdem cum uxoribus et pueris eorundem ipsos prenotato monasterio sanctimonialium in Biwende contulit perpetuo possidendos, dans pro reconpenso Sifridi Cerdonis, uxoris et puerorum suorum, sororibus de Lewental Conradum molendinatorem

---

<sup>a</sup>So deutlich die Urkunde.

<sup>1</sup>*Onreit*, die Forstwiese bei Baidt.

<sup>2</sup>Wohl Baumgarten, Baienfurt, RV, oder Baumgarten, Horgenzell, RV, oder Großbaumgarten, Berg, RV, oder Ober- bzw. Unterbaumgarten, Eriskirch, FN.

## II

filium sororis Wernheri villici de Rauensburc cum uxore et pueris eius et fratribus domus Theutunicorum in Bigenburc pro H. molendinatore qui cognominatus est Cerdo, uxore ac pueris suis, Hainricum molendinatorem castri de Bigenburc cum uxore suisque pueris in reconpenso perpetuo possidendos. Ne autem zeleratus appetitus habendi litigandi aut questionis materiam personis religiosis possit aut debeat suscitare in posterum, presens instrumentum pro testimonio libere donationis ipsius camerarii ac evidenti inditio concambii prenotati sigillo nostro et Hainrici camerarii de Bigenburc memorati, sororum de Lewental ac commendatoris domus Theutunicorum in Bigenburc communitum pretaxatis monialibus in Biwende contulit ad cautelam. <br> <br> Acta sunt hec apud Biwende, anno domini millesimo CC. LXV., XVIII. kalendas Decembris, IX. indictione.

—

Der Textabdruck folgt dem Original. <br> <br> An weißen Leinenschnüren hängen vier Siegel: 1) des Kämmerers Heinrich von Bienburg, schildförmig, 53,45 mm (IV. A. 1.): ein schreitender Leopard, darunter als Beizeichen ein Stern, Umschrift: + *Sigillum* HAINRICI : CAMERARII : DE : BIGENBVRC; 2) des Komthurs von Bienburg, rund, 40 mm (II. B.): ein männlicher Rumpf mit Heiligenschein, in welchem das Deutschordenskreuz (der untere Arm durch den Rumpf verdeckt), Umschrift: + S. COMMENDATORIS . DE . BIENBVRC; 3) des Konvents von Löwental, spitzoval, 50,27 mm (II. B.): eine Löwin, unter welcher 2 Junge, Umschrift: + S . CONVENT . SOROR . IN . LEWENTAL . ORDINIS . PRED . ; 4) des Ausstellers, schildförmig, c. 50, c. 45 mm (IV. A. 1.): ein stehender Leopard, darunter als Beizeichen ein Kreuz, Umschrift: + *Sigillum* . HAINRICI . DE . RAVINSPVRC.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Fürstlich Waldburg-Wolfegg'sches Gesamtarchiv in Wolfegg

**Signatur/Titel des Originals:**

WoBai U 34

**Überlieferung und Textkritik:**

Original war ehemals im Besitz der Salm-Reiffenscheid-Dyck'schen Gutsverwaltung in Baidt.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Baidt

**Ortsindex:**

Baidt Wohnplatz (19193)<br> Baidt, RV<br> Baumgarten Wohnplatz (19175)<br> Baumgarten Wohnplatz (20908)<br> Baumgarten, Baienfurt, RV<br> Baumgarten, Horgenzell, RV<br> Blitzenreute : Fronreute RV<br> Blitzenreute Wohnplatz (20992)<br> Blitzenreute, Fronreute, RV<br> Friedrichshafen FN<br> Friedrichshafen Gemeinde (17846)<br> Großbaumgarten Wohnplatz (19222)<br> Großbaumgarten, Berg, RV<br> Guggenhausen Wohnplatz (19466)<br> Guggenhausen, RV<br> Hagnau am Bodensee Wohnplatz (17923)<br> Hagnau am Bodensee, FN<br> Löwental Wohnplatz (17890)<br> Löwental, Friedrichshafen, FN<br> Oberbaumgarten Wohnplatz (17815)<br> Oberbaumgarten, Eriskirch, FN<br> Ottobeurer Hof Wohnplatz (17066)<br> Ottobeurer Hof, Bad Buchau, BC<br> Ravensburg Wohnplatz (20120)<br> Ravensburg, RV<br> Unterbaumgarten Wohnplatz (17820)<br> Unterbaumgarten, Eriskirch, FN